



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Divinum De Praesentia Dei

Arias, Francisco

Herbipoli, 1612

Elenchus Ad Examinandam Conscientiam per decem praecepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50314)

Patre sanctoque Spiritu viuis ac
regnas Deus in secula benedi-
ctus, Amen.

Elenchus

AD EXAMINANDAM CON-
scientiam per decem præ-
cepta.

- I. **C**orde vel ore negans, errore aut
schismate ductus,
Anceps, blasphemus, qui tentat, qui
malè cultor.
Quemq₃ superstitio grauat, aut cum
demone pacta.
Desperans, malè confidens, mundi q₃ ti-
more
Recta sinens, proprie ignorans præcepta
salutis,
Terrenis herens nimium, ac diuina
perosus.
- II. Qui violat promissa Deo, quiq₃ asserit
audax,

Iuran-

Iurādo falsa, aut temerè, quiq̃ impro-
ba vouit,

Iurauitūe, alios nec ad id traxisse vere-
tur.

Quicquam operor vetitum, missā & ie- I I k
iunia linquo.

Non persoluo preces, vetitis me immis-
ceo sacris.

Cū teneor nō accedo, loca polluo sacra,
Sacratas violo res, personamq̃ profa-
nus.

Non veneror, non morigeror, non adiu- IV.
uo Patrem,

Coniunctosūe pius, foueo aut humanus
egenos.

Cui teneor parere, & quem obseruare,
recuso,

Proq̃ bonis sepe ingratus contraria
reddo.

Ex odio mortem, vel corporiis infero V. & IIX.
damna.

Quero inimicitias, pugnas, iniusta q̃
bella.

Inuideo, accuso falsè, malè detraho fa-
ma.

Vindictam iratus meditor, conuitia,
rixas. (riclis

Ad peccata alium induco, me spòte pe-
Offero, me cedo impatiens, mortem uè
peropto.

VI. & IX. Extra coniugium Veneri qui cedit ini-
qua,

Alterius violare thorum, qui mente pa-
ratus,

Qui loquitur lasciuia, animo, qui tur-
pia versat,

Per visus, nutus, tactus, malè tendit
adulter

Ad scelus; incestum admittit cum san-
guine iuncta;

Cumq; intacta viro stuprum; Christoq;
dicatam

Sacrilegus violat; scelera his adiunge
nefanda.

VIII. & X. Rem cupio alterius; damnū fero, fraude
rapina,

Vsur-

*Vsurpo, aut teneo; non sum satiabilis;
opto*

*Per fas atq; nefas ditari; usura, maliq;
Contractus, & lucra placet inhonesta;
propinqui*

*Mensior in damnum: malè ludo, sumq;
profusus.*

PER CAPITALIA, DE
quibus non dictum in
præceptis.

*Non accepta Deo refero bona: vel mea
certè*

*Ob merita accepisse reor; saepe arrogo
qua in me*

*Non sunt: aut certè videor præcellere
cunctis,*

*Ambitione tumens, verum impugnare
paratus,*

*Atque obstinatus proprium defendere
sensem;*

*Nec solitus proprias vlla in re agnoscere
culpas.*

Iudi-

Iudico, contemno, derideo resq₃, homi-
nesq₃.

Scire volo, & facere agredior superan-
tia vires.

Peccandi haud timeo. fretus virtute pe-
ricula.

Sollicitus paro lautitias, & tempus e-
dendi

Præuenio, vetitis, crebro, cupidèq₃, ni-
misq₃

Delector: ventri demum omnem defero
cultum.

Non benè ago, sed & acta dolent, me
aduersa repentè

Deijciunt, & dona Dei mihi tradita
temno:

Virtutisq₃ labor grauis est, magis otia
pigrum

Delectant, refugit mens ardua: sepe va-
gatur:

Spirituale bonū tædet curare: remissus

Ad bona quæ teneor: diuina exhorreo
iussa.

Remes